



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias  
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||  
quatuor.||**

**Durandus <de Sancto Porciano>**

**Antverpiæ, 1567**

Quæstio prima. Vtrum ille qui implet pœnitentiam à sacerdote sibi  
iniunctam sit totaliter liberatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

minat de quibusdam penitentiam consequentibus. Et dividitur in duo. Primum determinat de tempore penitentiae. Secundum determinat quædam quæ ad effectum penitentiae pertinent dicitur. ibi, et terum multis autoritatibus. Prima in duas. Primum ostendit tempus penitentie usque in finem vita esse. Secundum mouet quædam quæstiones quæ ex dictis ortum habent dicitur. ibi, solet etiam queri utrum post. Prima est principialis lectionis. & diuiditur in tres. Primum ostendit tempus penitentie esse usque in finem vita, & opponit per Aug. in contrarium. soluit. Secundum mouet quæstionem de illis qui quandoque condigna in hac vita satisfactione implerunt. Tertium inquirit qualiter sit agendum cum illis qui in fine vita penitent. Secunda ibi, Si vero queritur de illis. Tertia ibi. Solet etiam queri utrum.

**2** IN speciali sic procedit, & proponit primum quod tempus penitentie durat usque ad finem vita. Ans. autem videtur dicere quod illi qui solum in fine vita penitent in securu statu non transeunt de hac vita. Sed quia penitentia satisfactoria est vespertinum sacrificium, & ideo Deo acceptanda: ideo verba Aug. premissa intelligenda sunt de illis qui non ex amore Dei, sed timore mortis penitentiam agunt, & pro tanto severitatem non dat Aug. quia difficultate in talis statu penitentiam agunt propter filios, vxorem, mundum & dolor mortis, que in illo statu terrahabunt hominem à conversione ad Deum, tamen qui in fine vita penitent, bene possunt penitire, sed in purgatorio solum penam quam in presenti non absoluunt, nisi forte tam vehemens esset contrito, ut sufficeret ad debitam punitionem, vbi etiam incidenter dicit quod ignis purgatorii est grauor & aliqua pena temporalis. Poitea mouet duas questiones de solutione penam post hanc vitam. Prima est de illis qui penitentia sibi impositam in hac vita non impleurunt, utrum in purgatorio penitentiam soluant. Et responderet quod sic, nisi in eis fuerit tanta contrito quod velilla solvi, vel illa cum penitentia quæ fecit sufficiat ad penitentia completionem. Deus enim imputum crimen non dimittit. Secunda est de his qui fecerunt penitentiam sibi impositam a sacerdote, quæ tamen penitentia non fuit condigna peccato commissio, utrum in purgatorio pro ea puniantur. Et respondet quod sic, nisi vehementia contritionis peccata sufficienter puniat propter quod Augustinus, vult cordis contritionem in penitente multum attendi. Sed quia de contritione non constat, ideo penitentia non imponitur, quia ut idem Aug. dicit, secundum contritionis modum diuersimodè imponenda est. Ultimum dicit quod morientibus non est neganda reconciliatio si perant, quod si tunc petere non possunt pro graviamine infirmatis & prius petierunt testimonio fidelium astantium reconciliandi sunt: sacerdos autem qui talibus penitentia negat, reus est animarum. Solenniter autem penitentem non debet presbyter reconciliare in consilio Episcopo nisi in extrema necessitate. Subdit etiam quod si aliquis ad penitentiam festinans non inueniat sacerdotem & sic mortuus est, obligatio eius est recipienda, & eleemosynæ pro eo facienda. Et in hoc terminatur sententia, &c.

## QUESTIO PRIMA.

Vtrum ille qui implet penitentiam a sacerdote sibi iniunctam sit totaliter liberatus.

**C**irca distinctionem istam queritur de duobus. Primum est de taxatione penam per sacerdotem. Secundum est de relaxatione penam per indulgentias. Circa primum primò queritur utrum ille qui implet penitentiam a sacerdote sibi iniunctam sit totaliter liberatus. Et arguitur quod sic, quia sacerdos est arbiter inter penitentem & Deum, ergo sicut penitens debet acceptare taxationem penam per sacerdotem, ita videtur quod Deus debet illa taxatione esse contentus.

**2** Item prior est Deus ad miserendum quam ad condemnandum, sed si sacerdos imponeret peccatori maiorem penitentiam quam debeatur culpæ, peccator tenetur ad faciendum eam, ergo similiter si iniungat minorem videtur quod faciendo eam sit totaliter liberatus.

**3** IN contrarium arguitur, quia Deus pro maiori culpa exigit maiorem penam, & pro minori minorem, cum hoc habeat ordo iustitiae. Sed sacerdos & etiam Canones

imponunt quandoque pro minori culpa maiorem penam & econverso, sicut laico imponitur penitentia septennis pro homicidio, sacerdoti vero imponitur decennis pro fornicatione; licet homicidium sit maius peccatum quam fornicatio, ergo videtur quod apud Deum non sufficiat talis taxatio.

**4** R E S P O N S I O. Videnda sunt duo quæ tanguntur in argumentis. Primum est qualiter pena sit a sacerdote taxanda, an. f. pro maiorि culpa sit semper imponenda major pena. Secundum est supposito quod sacerdos differet taxet penam, utrum faciens eam sit a pena totaliter liberatus.

**5** Quantum ad primum sciendum est, quod pena in confessione taxatur propter duo. f. propter remedium praestandum coram recidivum, & propter debitum soluendum. Quantum ad debitum soluendum semper esset imponenda maior pena pro maiorि culpa. Cuius ratio est, quia pena soluitur, ut iniquitas iniuriosa commissa per culpam reducat ad aequalitatem iustitia per solutionem penæ: fed maior iniquitas iniuriosa committitur per maiorem culpam, ergo non reducitur ad aequalitatem iustitiae nisi per maiorem penam. Si autem consideretur pena prout præstat remedium contra recidivum in peccatore, & contra scandalum quod oritur in plebe, sic non semper imponenda est maior pena pro maiorि culpa, fed quandoque minor. Cuius ratio est, quia pena præstat remedium contra recidivum & scandalum iniquatum prohibet prositanum ad peccandum: vbi est ergo maior pronitas ad peccandum ibi requiritur maius retractuus, fed in eo qui commitit minor culpam quandoque est maior pronitas ad recidivum, sicut in iuvene fornicate maior est pronitas quam in senectute, ergo insiget maiori pena ipsum retrahente quia senex, licet minus peccet, quia maius incontinentia habet. Eadem ratio est de scando, quia minus peccatum vel illud est magis scandalizantium & magis trahitur in exempli in persona qua debet esse maioris adefinitionis (sicut est fornicatio in sacerdote) quam sit maius peccatum in privata persona (puta homicidium) & præcipue quia non est in communitate tanta prouincia ad hoc peccatum, & sic patet primum qualiter est taxanda pena & culpa.

**6** Quantum ad secundum dicendum est quod si pena imposta a sacerdote non sit condigna pro solutione penæ debitis culpe, tunc exoluens talen penam non est simpliciter liberatus, sed faciet residuum in purgatorio. Cuius ratio est, quia error sacerdotis seu qualificatio indispositio penitentis non debet mutare iustitiam diuinam quo ad purificationem peccatorum: fed quod imponatur pena non condigna culpe prouenit vel ex errore sacerdotis nescientis ponderare quantitatem culpe vel faltem ex eius nescientia, quia non potest eam perfecte cognoscere, nec contritionem penitentis, vel dato quod faciat ex industria, sibi imponit minorem penam propter conditionem penitentis, qui fortè magnitudine penæ posset a penitentia agena da impedit propter debilitatem corporis vel infirmitatem mentis, & ideo eligit minus damnum vel maius evitetur, ergo propter hoc non debet impediti iustitia diuina quia peccator puniatur pena condigna peccato: quod est intellectus gendum de pena quæ soluitur per modum debiti, non autem de illa quæ imponitur ad remedium recidivi, quia in purgatorio solum exigitur pena ad soluendum debitum & non ad preterfundendum contra recidivum, quia non maneat viderius locus vel tempus peccandi, si autem penitentia iniuncta totaliter omittatur vel in parte, si fiat de voluntate & autoritate imponentis penitentiam vel ex immunitate faciendi eam, vel ex alia causa iusti & necessaria, tunc omittens eam facere non peccat, faciet tamen eam postea in praesenti seculo vel in purgatorio: si autem omittat eam facere ex sola voluntate sua temeraria non solum faciet eam postea hic, vel in purgatorio, sed peccat mortaliter: quia si in foro contentio non obediens sensibilis iudicis reputatur & punitur tanquam contumax, multo magis in foro penitentis in quo agitur causa salutis hominis, si recipiens penitentiam sibi iniunctam pro satisfactione peccatorum contemnet eam facere, sola temeritate ductus, contumax debet reputari & contemptor ecclesiastici sacramenti, quod non potest esse sine peccato mortali.

7 Ad

### Magistri Durandi de

7 Ad primum argu. dicendum quod licet sacerdos sit arbitrus, habet tamen limitatum potestatem, scilicet quo ad remissionem culpe & dimissione penae virtute clavium quantum exigit contritio penitentis, non autem quo ad taxationem vel dimissionem penae pro arbitrio voluntatis, nisi quod peccator si plus non faciat in hac vita quam sit ei taxatum non imputatur ei ad transgressionem.

8 Ad secundum dicendum quod quo ad forum ecclesie obligatur peccator ad faciendam penitentiam sibi impositam, & liberatur faciendo eam siue sit condigna, siue non, sed quo ad forum Dei non sufficit minor, nec exigitur amplior quam condigna: unde si peccator cui pena est imposta maior in duplo quam exigit sua culpa decederet peracta sola medietate penitentiae, euolaret ad celum, nec exoluaret residuum in purgatorio.

### QVÆSTIO SECUNDÆ. Vtrum vñus posset pro alio satisfacere.

Secundo queritur vñus posset pro alio satisfacere. Et arguitur quod non, quia contrito, confessio, & satisfactione, ad se inuicem ordinantur, & sibi inuicem correspondunt: sed vñus non potest pro alio conteri, aut considerari, ergo nec satisfacere.

Item quando aliquis suscipit satisfactionem pro altero, si illi decedens moriatur antequam illi satisfaciōnem expleat, aut punitur pro peccato illo aut non. Si no, ergo ante satisfactionem debitam glorificatur: si sic, cum aliis postea satisfaciat, idem peccati bis punitur: virumque autem istorum est inconveniens, ergo illud ex quo sequitur, scilicet quod aliquis posset pro alio satisfacere.

IN contrarium arguitur, quia plus valet charitas apud Deum quam apud homines: sed apud homines vñus potest ex amore pro alio debitus solvere, ergo fortior ratione apud Deum potest vñus ex charitate pro alio satisfacere.

4 RESPONSIo. Questio ista non intelligitur de quacumque satisfactione pena peccato debita, sed solam de satisfactione, vel solutione penitentiae iniunctæ a sacerdote, circa quam sciendum est quod sicut patet ex precedente questione pena satisfactoria quæ imponitur penitenti valet ad duo, scilicet ad solutionem debiti, & ad praetendum contra recidivam. Si ergo pena consideretur prout præstat remedium contra recidivam, sic impossibile est quod vñus exsoluat penam pro altero. Cuius ratio est, quia pena non præstat remedium contra recidivam nisi quia bene disponit hominem ad bene resistendum occasionibus recidivi, sed ex hoc quod vñus sustinet per eam pro alio ille alius in nullo melius disponitur, siue ex ieiunio vñus non maceratur caro alterius ad medium resistentium concupiscentias carnis, & sic est in omnibus aliis: quilibet enim bene vel male disponitur, actu proprio & non alieno, ergo pena quæ sustinet ab uno, in nullo præstat remedium contra recidivam alterius.

5 Si autem pena consideretur ut est solutio debiti, sic circa materiam istam sunt quedam clara, quæ dā vero dubia. Primo claram est quod satisfactoria quæ quis facit pro alio procedat ex autoritate sacerdotis imponens penitentiam, certum est quod vñus potest satisfacere pro alio siue illi sit potens ad satisfaciendū, siue impotens. Cuius ratio est: quia nullus tenetur ad penitentiam sibi impositam, nisi secundum modum quo est sibi imposta. Si ergo imponens determinet quod penitentia fiat per illum qui peccauit, vel per alium, liberatus est a penitentia quæ fiat per alium, siue illud sit ieiunium, siue peregrinatio, siue quodcumque aliud. In tota enim ista questione non loquimur de satisfactione absolute an vñus posset pro alio satisfacere, sed solum de satisfactione imposta coſtentii per sacerdotem absolucionem. Secundo claram est, vel falso est multum probabile quod si ille cui imponitur penitentia a sacerdote fiat impotens ad faciendum eam, alius potest pro eo penitentiam facere, quia nec Deus nec minister eius intendunt aliquem obligare ad illud quod est ipsi impossibile: propter quod quia illa aliquo modo possumus quæ per amicos possumus, id est ille qui est impotens per semetipsum ad faciendam penitentiam sibi iniunctam potest eam facere per amicum.

### Sancto Porciano

6 Dubium autem est vitrum ille cui iniuncta est ponitentia & potest eam per semetipsum facere liberetur si faciat eam fieri per alium absque voluntate & licentia sacerdotis penitentiam imponentis. Et videtur probabilitas quod non, quia condemnatus iustè & judicialiter non potest circa condemnationem aliquid immitare nisi de voluntate iudicis expressa vel presumpta: sed ille cui in foro penitentia imponitur aliqua pena sufficienda, vel aliqua penitentia facienda cōdemnatur judicialiter per sacerdotem, & supponitur quod iustè, ergo circa penitentiam sibi iniunctam nihil potest immitare nisi de voluntate sacerdotis expressa vel presumpta: expressa quando dicer, facies tale penitentiam per te vel alium: presumpta quando casus necessitatis incurrit qui reddit eum in importunum ad faciendam penitentiam ipsi iniunctam, inquit videtur quod ille qui sola voluntate sua penitentiam sibi iniunctam facit fieri per alterum nisi in causis praetictis, sit temerarius con tempor iudicij penitentia, ne penitentia sic facta per alium credenda est. Deo est accepta ad liberationem ipsius, quando iudicium sacerdotis qui est in absolutione viarius Christi temerarie contemnitur. In casu autem in quo de voluntate sacerdotis fieret penitentia per alium, videtur quod per eam non tantum solvatur de pena peccato debita, quantum si fieret per illum qui deliquerit, quia pena per penam recompensatur, sed magis est vñus quod penale illud quod facit per semetipsum quam illud quod fit per alterum, ergo plus recompensatur: de pena peccato debita quando ille qui peccauit facit penitentiam in iunctam per semetipsum quam quando fit per alterum.

7 AD primum argu. dicendum quod non est simile de contritione, & confessio, & satisfactione: quia contrito ordinatur ad dimissionem culpe que pertinet ad dispositionem hominis, & quia vñus non disponit ex actu alterius, ut dictum est prius, id est vñus non potest conteri pro alio. Similiter confessio fit per absolutionem per quam gratia datur, vel data augeretur ipsi cōfitemi, & ideo confessio facta ab uno non valet alii: sed satisfactione ordinatur ad solutionem penae debitis quam vñus potest pro alio solvere in certis casibus, & ideo vñus potest pro alio satisfacere modis quibus dictum est prius.

8 Ad secundum dicendum quod ille qui decedit ante quam satisfactione, quam alius pro eo suscepit, si completa, punietur in purgatorio pro eo quod non est completum, nec tamen vñus peccatum punietur bis: quia si ille punietur in purgatorio plenē antequam satisfactione que pro eo debuit fieri sit inchoata, tunc si ille qui eam faciendam suscepit postea eam faciat, ceteret ad satisfactionem propriorum delictorum, & non illius qui iam expeditus est. Sive rō eam non faciat punietur pro ea tanquam pro promissa non expletio. Et sic pro alio punietur quem principis lis sit punitus in purgatorio.

9 Argumentum alterius partis non concludit vñus saliter, quia & si apud homines vñus posset pro altero posse vel impotente satisfacere quo ad rem debitam, non tamen quo ad iniuriam illatam nisi procedat de voluntate iudicis, vel partis: & similiter est in proposito cum agatur de penitentia quæ imponitur pro offensa diuina.

### QVÆSTIO TERTIA.

Vtrum indulgentia aliquid valeant.

Secundo principaliter queritur de indulgentiis per quas pena satisfactoria dimittitur, & queruntur duo. Primum est de valore indulgentiarum. Secundum est quis posset facere indulgentias. Circa primum queruntur duo. Primum est vtrum indulgentia aliquid valeant. Secundum est vtrum tantum valeant quantum sonant. Ad primum sic proceditur, & arguitur quod indulgentia nihil valeant ad dimissionem penae peccato debitis: quia ad protestatione excellentia que solo Christo cōpetit, nec eis his minibus cōmunicata pertinet, ut effectus sacramenti detur sine sacramento, sed dimissio penae pro peccato debitis secundum totum vel partem est effectus sacramenti penitentia, ut patet ex precedentibus, ergo nullus purus homo potest aliquid dimittere de pena peccato debita, nisi quantum dimittitur per absolutionem sacramentalē virtute clavium, igitur per indulgentiam quæ datur sine sacramento penitentia nihil de pena dimittitur.

a Item